



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Septem Illvstrivm Virorvm Poemata

Cesarini, Virginio

Antverpiae, 1662

Dialogvs Leporis et Mvstelae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-7990

DIALOGVS
LEPORIS ET MVSTELÆ.

Calumniatorum ineuitabilem esse
malignitatem.

Agypti sæuo fines urgente duello
Rex omnes Ptolomæus equos, omnemq; ele-
phantum

Describi numerum Pharios mandasse per agros
Dicitur, ut dociles calcaria ad aspera plantas,
Arduaq; aptarent turrita ad prælia terga.
Sensit ubi siluâ Lepus hæc delatus ab altâ,
Memiserum, exclamat, quæ iam satis ima dehiscat
Terra mihi? quæ nox densis satis abdat in umbris,
Cruraq; compedibus grauibusq; imbellia telis
pectora subducat, cui non præsens animus, nec
Bellorum stabiles ad munia dura lacerti?

Cui Mustela: Quid est, insane, quod ilia vano
Singultu quatis? haud tu digna hostilibus ausis
Materies: fletu nimis ambitionis in isto est,
Qui tibi non meritæ fingit discrimina sortis.
Conditione tuâ maiorem pone, miselle,
Ex animo curam: tibi non à Marte, nec armis,
Sed metus à viliis tenui sit dente molossi.

Quid

Quid si me, contrà sequitur Lepus, esse elephantem
 Fortè aliquis contendat, inertem ad feruida regis
 Imperia, & medi cessantem in puluere belli,
 Et vocet in Scyri latitatem litore Achillem,
 Exigat & meritas ignauo à sanguine pœnas?
 Donec me leporem doceam, viresq; pusillas
 Esse mihi, donec nudas ostendere eburnis
 Contingat telis, longaq; proboscide fauces,
 Et liceat me ipsum esse mihi, quam multa necesse est
 Aspera perpetiar! quanto disstringar ab æstu
 Curarum, noctes subeundo indigna diesq;
 Egregiam quamuis, res dura est, dicere causam.

A D

F E R D I N A N D V M

FVRSTENBERGIVM,

De Musarum dissidio cogitantem.

Svmme Deūm, sœui domitor Pythonis, Apollo,
 Fatidica quem Delos suum,
 Quem Cyrrhæa vocant, Pataræaq; culmina regem
 Certâ timendum cuspide;
 Quemq; nouem celebrant, Parnassia turba, Sorores,
 Triplex & ambit Gratia.

Ad